

confecte continent euidenter, Quia igitur non intelligitur intestatus decedere qui alteri suam committit voluntatem, Nos predictum testamentum rite et rationabiliter actum auctoritate regia approbamus et roboramus et prohibemus sub optentu gracia nostre ne quis illud impedire ausu temerario attemptet quomodolibet vel presumat, Datum sudhercopie anno domini Millesimo, CCC°, vndecimo in octaua assumptionis beate virginis.

Sigillet, hängande på en utklipt remsa, är skadadt.

1809. 1311 d. 22 Aug. Söderköping.

Drottning MARGARETA (Märta) intygar riktigheten af förutnämnde uppgift om Rangvald Ingasons yttersta vilja.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

MARGARETA dei gracia, Sweorum Gotorumque Regina, Omnibus quorum interest presentes litteras inspecturis, Salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi quod rangualdus ingasun in infirmitate laborans de qua mortuus est in nostra et multorum fidedignorum presencia, postquam apud fratres predicatores sictionie elegerat sepulturam et eis quantum pater suus seu mater testamentarie legauerant deputauit domino archiepiscopo Nicolao, et fratri suo domino karolo et domino benedicto booson, et sigmundo kieldorsun commisit suum complere testamentum, Addens quod saltem tantum conferre voluit quantum sibi secundum patrie leges licebat pro anima sua dare, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Datum sudhercopie anno domini Millesimo CCC°, vndecimo in octaua assumptionis beate Marie virginis.

Sigillet, jemte den ur brevet klippta remsan, borta.

1810. 1311 d. 22 Aug. Söderköping.

FOLKE JONSSON stadfästar sina föräldrars gåfva af Musamyr till Predikarebrödernas kloster i Sigtuna, äfvensom den rå- och rör-läggning, hans morbroder, Biskop Israel, besörtl. (Se N. 1803).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl. \*).

Vniuersis presentes litteras inspecturis, FULKO JONSSON, Salutem in domino sempiternam, Cum dominus Geri de vinagarnum ac postmodum dominus

\*) Fins äfven i en af Biskop Israel och Kapitlet i Westerås utgifven vidimation d. 10 Juni 1316, och i en annan vidim. af Electus Upsal. Olof d. 21 Juni s. år.

johannes karlsson, et domina Rangnildis felicitatis recordacionis parentes mei religiosi viri fratribus predicatoribus sictonie apud quos sepulti sunt in suorum remissionem peccatorum contulerint quoddam prediolum dictum Musamýri in vinagarnabolstadhi, et venerabilis pater dominus jsraelis episcopus arosiensis avnculus meus de mea speciali commissione, presente domino Býrgero legifero, Hemmingo de aski prouisore honorum meorum, Heinku arnalsson et pluribus alijs fidedignis ad vsum, possessionem et proprietatem memoratorum fratrum partem dicte Musamýr assumpserit de eorum beneplacito et certis limitibus ponendo Raa, et Rør distinxerit, ipsi quoque fratres mihi meisque heredibus possidendam resignauerint et reliquerint partem reliquam iure pleno, Ego partem fratribus assumptam et limitibus vt premittitur distinctam ipsis proprio cum fossato sex vlnarum latitudinis vsque ad claustrum ipsorum, et absque mea meorumque heredum molestacione ac impetitione libere in perpetuum possidendam relinquo In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, et sigillum venerabilis patris domini jsraelis avnculi mei episcopi arosiensis vna cum sigillis nobilium, dominorum kanuti jonsson illustris regis swecie dapiferi et byrgeri legiferi presentibus instanter apponi peto, Datum sudhercopie anno domini Millesimo, CCCº, vndecimo in octaua assumptionis beate Marie virginis.

Sigillen: N:o 1 bortfallet, N:o 2—4 skadade

1811.

1311 d. 24 Aug.

Söderköping.

Konung BIRGER anförtror åtskilliga reliquier, regaliene, m. fl. dyrbarheter uti Domkapitlets vård i Upsala, med uttrycklig föreskrift, att de ej fingo utlemnas till någon annan, än honom sjelf, hans drottning eller barn, helst thronarfvingen, när han kommit till myndiga år.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

BIRGERUS de j gracia sweorum gotorumque Rex. Discretis viris Capitulo vpsalensi, in domino dileccionem et salutem. Occupati ad presens circa plurima, et intenti arduis, ac frequenter loca negocijs exigentibus variantes aduertimus (!) quod Reliquie nostre penes nos in debita reuerencia haberi nequeunt vt deceret, mittimus sinceritati vestre dictas reliquias vna cum rebus nostris alijs infrascriptis, videlicet angelum cum spina de Corona domini. Crucem cum pede de auro. Crucem de Cristallo cum ymagine crucifixi eburnea. Crucem de ebone cum ymagine crucifixi et angelis desuper eburneis. Crucem de jaspide sine ymagine crucifixi. pixidem paruulam longam de cristallo. pixidem argenteam. pixidem eburneam. et aliam pixidem